


N^o 8

S. D. N. PAVLI
DIVINA PROVIDEN-
TIA. PP. III.

Bulla.

PROROGATIONIS SA-
CROS ANCTI GENE-
RALIS CONCILII.



In nomine domini amem

Nouerint uniuersitatis hoc præsens publicum trasumptum inspecturi. Quod nos Iacobus puteus. I. V. D. Canonicus Sabini. Reuereñ. domini domini Curiæ causa rū Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, Romanæq; curiæ iudicis ordinarii locū tenēs. Habuimus uidimus & diligenter inspeximus Sæctissimi in christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertii, litteras eius uera Bulla plumbea cū cordulis sericeis rubei, Croceiq; coloris more Romanæ Curiæ impendeñ. bullatæ, & omnimoda suspicione careñ. Quarumquidem litterarū tenor continentia erat ista. PAVLVS Epus Seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam: Decet Romanum Pontificem pro pastorali suo officio, non

solum iam orta in grege ouium fibi
Comissarum scandala auferre & ne
oriatur procurare. Verum etiā, quan-
tum cum Deo potest, earū cōmodis
prouidere. Superiore itaq; Anno desi-
derantes his malis & calamitatibus
quibus Christiana multipliciter labo-
rat ecclesia pro officio nostro succur-
rere uestigiis maiorum nostrorū, qui
salutare remedium in similibus casi-
bus uniuersalis Concilii celebrationē
experti fuerant, inhārendo. De uene-
rabilium fratrum nostrorum sanctæ
Romanæ ecclesiæ Cardinalium Con-
filio, & assensu Aecominicū seu uni-
uersale Concilium in Ciuitate Man-
tuæ præsenti Anno Die uigesima ter-
tia mensis Maii proxime futuri inco-
handum indiximus. Vniuersis & sin-
gulis uenerabilibus fratribus nostris
Patriarchis Archiepiscopis Ep̄is & di-

lectis filiis Abbatibus, & cæteris eccl^{esi}iarum, & Monasterior^{um} prælatis ubiq^{ue} terrarum constitutis Mandañ, quatenus psonaliter, Christianos uero principes, & alios qui de iure aut consuetudine in hmoi Cōcilio interesse debet exhortantes uti pro Pace salute & augumento ecclesiæ Dei, & ipsi psonaliter (si possent) sin minus per solēnes Oratores suos cōgruo tempore dicto Sacro Cōcilio in ciuitate Mantuæ, ut prefertur, celebrando deberent interesse, prout in aliis nostris litteris: quas tum Romę in locis solitis, tū per litteras, & Nuncios nostros adhoc destinatos in omnibus Christianitatis partibus, publicari fecimus, plenius cōtinetur. Cum autem nuper dicti Concilii incohandi tēpore appropinquante, Dilectum filium nobilem uirum Federicū Ducē Mantuæ, quē prom

ptissimū in hoc futurū sperabamus,
ut Ciuitatem prædictam in hospitiis,
Victualiis, & aliis rebus necessariis pa-
raret, & disponeret requisissimus: Ip-
se Dux nobis super hoc respondens
non paruam huic negocio intulit dif-
ficultatem , afferēs militare præsidiū
& pro eo nutriendo stipendum pro
nostra & aliorum ad Concilium ueni-
entiū, sueq; Ciuitatis (ut dicebat) se
curitate sibi necessarium esse . Quam
quidem obiectam tam sancto operi
difficultatē, licet difficillimum , & fe-
re impossibile nobis fuisset, hoc tem-
pore, quo præter alias nostras, & Apo-
stolicæ sedis lōge solito grauiores im-
penfas, nunc cū perfidissimus fidei no-
stræ hostis uniuersum Christianū Im-
perium occupare molitur, etiā littora
& urbes status nostri ab utroq; Italiæ
Mari defēdere cogimur, pecunias alio-

diuertere, tamē omnino superare co-
nati fuissemus nisi rem incongruam
& mali exēpli iudicauissemus arma-
rum Concilium celebrare. Eidē itaq;
Duci statim rescripsimus ad tam san-
ctum opus peragēdum nec nobis,nec
aliis illuc conuenturis aliquid timen-
dum esse , minimeq; aequum fore
ibi arma conspici ubi libera omnium
suffragia esse deberent : ideoq; nihil
aliud esse id petere,quod petebat, q;
Ciuitatem prædictā manifeste dene-
gare . Cum autem nos multis etiam
aliis rationibus suspicionem hmōi
ab eius animo tollere conati fueri-
mus idq; non semel tantum sed plu-
ries frustra contenderimus, coacti fui-
mus de loci mutatione , & ut maturi-
us id facere possimus, de concilii cele-
bratione ad aliquod tēpus prorogan-
da cogitare : Quod quidē, tum ex eo

quod rem tam salutarem, & tam chri-
stianitati necessariam accelerare po-
tius q̄ differre uoluissimus, tum etiā
quod uerebamur (put ueremur) ali
quos ex conuenturis nostræ indictio-
ni confisos iter aggredi cœpisse, & cū
suo incōmodo & nostra molestia, uel
progressuros unde iam exclusi sunt,
uel tanto itinere frustra suscepto in
suā patriā reddituros certe molestissi-
mum nobis fuit. Quando autem alie-
na non nostra culpa ad hoc deuentū
est aequiore animo id ferimus. Ut igi-
tur q̄cītius eam quę ex inopinato hu-
ius rei euentu in ipsorum conuentu-
rorum mentibus forsitan oriri posset
perturbationem tollamus, ac eorum
incōmodis (ut fieri potest) occurra-
mus, de Präfatorū Cardinalium Con-
silio, & assensu tēpus celebrandi Con-
cilii hmōi ad Kal. Nouembris proxi-

me futuri prorogādum duximus, pro
ut prorogamus. Alterius non minus
cōmodi, & idonei loci electionem in-
terim per nos faciendam, ad eorum
ad quos spectat noticiam q̄, citius fie-
ri poterit deducturi. N V L L I ergo
omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ prorogatiōis infringere,
uel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attemptare præsum-
pferit, indignationem omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apo-
stolorum eius se nouerit incursum.
Datum Romæ apud Sanctum Petrū
anno Incarnationis dñice millesimo
Quingentesimo Trigesimo Septimo
Duodecimo Kal. Maii Pontificatus
nostrī Anno Tertio,

Blosius.

B. Motta.

QVIBVS quidem litteris Apostolicis diligenter inspectis per notarium publicum infra scriptum ipsas exemplari mandauimus & transumi, ac in publicam formā redigi. Decernentes, & uolentes, ut huic transumpcio publico siue exemplo plena fides deinceps adhibetur ubilibet in locis oībus & singulis, quibus fuerit oportenum, ipsumq; trāsumptum fidem faciat, & illi stetur ac si originales ipse litteræ apparerent. Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus & decretum: & ad ampliorem euidentiam præmis forum sigillum prælibati Reuerendissimi dñi Auditoris, quo utimur duximus ponēdum. Actum & datum Ro mæ in domo prælibati dñi Auditoris in qua iura reddi solēt, hora uesperorum, & audientiæ causarum cōsueta

ibidem ad iura reddēdum in loco no-
stro solito pro tribunali sedeñ, sub an-
no a Natiuitate Dñi Millesimo quin-
gētesimo trigesimo Septimo indictio-
ne decima , die uero Mercurii sexta-
decima mensis Maii Pontificatus præ-
fati Sæctissimi dñi nostri Anno tertio
præsētibus ibidem discretis Viris ma-
gistris Philippo de quintiliis & Iacobo
Apocello dictæ Curiæ causarum Ca-
meræ Apostolicæ notariis testibus ad
præmissa uocatis atq; rogatis .

Et quia ego Ioannes Iacobus bucca
Cu . Cau . Cameræ Apostolicæ Not .
Exhibitioni præsētationi auscultatio-
ni & transumptioni suprascrip. lit-
terarum, ac omnibus & singulis præ-
missis præsens fui eaq; fieri uidi & au-
diui suprascriptum trāsumpti instru-

mentum; alterius manu scriptum ex
inde publicaui in fidem præmisso-
rum omnium.

*Et quia ego Iuanes Jacobus buca Camare aperte non exhibitorum
presentacioni al-*

